IACOBUS A VORAGINE. NOMINA HERBARUM. SERMONES. VITAE SANCTORUM
1. Hälfte 14. Jh. Seite 156r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26568
Copyright: Admont, Benediktinerstift



et qui adorans recessit et cepit egredi de arena.
Quod videns imperator iussit bovem ereum incendi
et ibi sanctos introduci. Introducti vero in machinam sup
plicaverunt carnificibus ut darent eis orandi spaci
um. et extendentes manus in celum oraverunt deum
ut eos in igne illo vitam finire viberet. Omnes
quoque qui sui memores essent et eorum suffragium invo
carent a periculis liberarent hec illis dicentibus vox de
celo venit dicens. Ita erit vobis ut supplicastis
Tunc sancti alacriter se ipsos tradimus illis et laudan
tes deum reddimus animas suas. Tercia vero die
coram imperatore extracti de bove ita incorrupti
inventi sunt quod nec capillos eorum nec vapores incen
dii contingerunt. De sancto cholomanno legenda.

Cholomannus regnante in patre henrico qui
tercio octone mortuo romano poterat
imperio. quia ipse erat refugium pauperum
plura eis solacia et pacem in terris suis optimam fa
ciebat. ideo plures pro nomine xpi peregrinantes transi
erunt per terras suas. Accidit autem quendam
cholomannum nomine de scotia oriundum peregrina
tionis iter arripere celestis patrie desiderio et amo
re dei. Venit itaque in orientali norice regionem
cui a plaga orientali pannonia ab aquilonari
a finis adiacebat bohemiam harum nationes re
gionum populis norice telluris ad modum tunc tem
poris erant moleste quod ipsos sepe turpiter humi

Stiftsbibliothek
ADMONT
Stmk.